GREGORIUS I. MAGNUS
Österreich (?), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 158r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36640
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



XII

Unde et calida in odorem suauissimum dno offerre preci
pitur. quia si amorem zelus non habet. ea que de sartagi
ne offertur calorem simila amisit. et notandum quis eam
offerri precipitur. Videlicet sacerdos qui patri iure suc
cesserit; ille sacerdos patri iure succedit. qui esse se omnipotenti dni
filium moribus demonstrat. atque a nobilitate in qua
operis suorum ignobilitate non discrepat. que in altari
tota cremari precipitur. ut videlicet holocaustum fiat;
Holocaustum enim totum incensum dicitur. unde et in trans
lacione altera hoc in loco; hec eccdem simila que in
sartagine frigitur holocaustum fieri iubet. hoc autem inter
holocaustum et sacrificium distat; Quia omne quidem holocaus
tum sacrificium est. non omne sacrificium holocaustum;
Sunt enim multa bona que aguntur sacrificia. sed ho
locausta non sunt. quia tota mente in amore spiritus minime
incendunt; Qui enim sic operantur ea que dei sunt. ut tamen
et quedam que sunt seculi non relinquant. nimirum sacrificium
et non holocaustum offerunt; Qui autem cuncta que sunt mundi
deserunt et tota mente igne diuini amoris accendunt.
Hii nimirum omnipotenti dno sacrificium et holocaustum fiunt;
Simila itaque in sartagine est. mundo mens iusti in zelo
spiritus affluentionis. que per sollicitudinem animarum frigitur.